

- 420 homo^o leonis, vituli et aquile^{no}; et^p aquila leonis, vituli simul et hominis. Sic^a et^r tempus pastorum vel^s apostolorum^s habuit^t martyres, doctores et^u virgines; et tempus martyrum^v pastores, doctores et virgines; et tempus^v doctorum pastores, martyres^w et virgines; et tempus virginum pastores, martyres^w et doctores^x. Similiter et^r de quinto^z tempore intelligendum est, quod ad „sedem“^a specialius^b pertinere prediximus⁸⁰, ubi^c et si de sexto adiungitur, nulla ob^d hoc additur difficultas.

- [De^e primo ordine, scilicet pastorum, et iterum de V vel VI ordinibus fidelium^e] Nunc igitur ad ordinem redeamus. Primus^f ordo ecclesie pastorum est, primus^g, inquam, tempore et dignitate. Primus^g tempore, non quia statim inchoatus mox desiit, ut secundus inciperet, sed primus, quia primus incepit^h. Incepit^h autem a Christo et inⁱ Christo^k a Petro. Ipse enim post Christum omnium est princeps pastorum, cuius dignitatem^l ordinis esse^m primam^m non necesse est verbisⁿ probare, cum^o catholicus non sit habendus, qui contendat^p christianum hominem pontifici^q Romano^r non esse subiectum quancunque^s sit generis^t vel virtutis. Quod si primus ordo pastorum est tum^u dignitate tum tempore^v, nequaquam^w voluntate simplici factum esse credatur, quod prima parte libri⁸¹ de pastoribus agitur, sed poscente iudicio rationis. Quia vero pastores pro se pastores non sunt, sed pro ecclesiis sibi commissis, iunguntur in hac parte pastoribus subiectorum plebes, hoc est ecclesie, in quibus universitas designatur fidelium, secundum quod superius, cum^x de septem tribubus^y mentio facta esset^z, digessimus⁸². Quare autem septenario numero^a comprehenditur ordo pastorum? Ideo scilicet quia^b septem sunt tempora^c septem ordini-

o-o) fehlt BC. p) fehlt C. q) Sicsic BDE. r) fehlt D. s) fehlt BDE. t) habent D. u) ac B. v-v) fehlt B. w) martyresque E. x) folgt et virgines AC. y) fehlt B. z) cuncto D. a) sextam etatem D; B schreibt sed und läßt eine Lücke für zwei Worte. b) spiritualium C. c) fehlt B (Lücke). d) in B. e-e) fehlt ABCE. f) folgt itaque DE. g) primum E. h) incipit E. i) a B. k) folgt etiam et AC. l) dignitas B. m) ut sit prima B. n) fehlt D. o) fehlt E. p) commendat E. q) poncius E. r) fehlt E. s) quantique E; quantecunque B. t) gratie B. u) tamen B. v) non B. w) ne quicquam E. x) fehlt A; ubi C. y) temporibus AC. z) esse A; est C. a) fehlt B. b) quod A. c) fehlt AC.

⁸⁰) vgl. Z. 378 f.; de sexto, nämlich tempore aliquid. Der Text ist zwar verständlich, aber vielleicht durch eine Auslassung kompliziert (vgl. die beiden Lücken in Hs. B).

⁸¹) Apoc. 3-4.

⁸²) Z. 171-201.